

Tobias Eckhard

**Ad Actum Inauguralem Quo Vir ... Dominus Joannes Ernestus von der
Schulenburg/ Hereditarius in Sacca & Stölpgen, ... Bernhardum Prilwitz adhuc
Gymnasii Subconrectorem Conrectorem, Et ... Jo. Christianum Erxleben,
Subconrectorem D. XXVII. Martii MDCCXXX. ab hora prima post meridiem In
Auditorio Maiori solenniter renunciabit, ... invitat**

Halberstadii: Langiano, 1730

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn817985581>

Druck Freier  Zugang



[Blank yellow label on the spine]

Hb
9¹⁻¹²

Hb - 9¹⁻¹²

GEBUNDEN BEI
W. SCHORNACK
ROSTOCK 1/M.
GRÜNER WEG 5.



AD
ACTVM INAUGVRALEM
Quo
VIR SUMME REUEREND⁹ atq; MAGNIFICUS
DOMINVS
JOANNES
ERNESTUS
vonder **S**Schulenburg,

Hereditarius in Sacca & Stölpgen,

Serenissimae Ducis Slesuicensis atque Holsatiae, Antistitis Reuerendissimae, a confessionibus & consiliis ecclesiasticis, concionator Aulicus Primarius, Antistes & Gymnasii Inspector,

VIRVM NOBILISSIMVM CLARISSIMVMQVE,

BERNHARDVM PRILWITZ,

adhuc Gymnasii Subconrectorem

Conrectorem,

Et

VIRVM NOBILISSIMVM atque DOCTISSIMVM

JO. CHRISTIANVM ERXLEBEN,

Subconrectorem

D. XXVII. Martii MDCCXXX. ab hora prima post meridiem

IN AUDITORIO MAIORI

solenniter renunciabit,

LITERARUM PATRONOS atq; FAUTORES

obseruanter humaniterque

et ipsorum et suo nomine

inuitat

M. T. ECKHARDVS, R.

Halberstadii, prelo Langiano,




Quam necessaria est sobolis procreatio, vt perennet respublica & duret in aeuum; tam proba eius educatio atque institutio necessaria est, vt cultior, tranquilla & beata sit. Non longi res temporis futura eslet ciuitas, noui si non sufficerentur ciues; sed hi nisi fingantur atque formentur probe, vt sint, qui moderentur rem communem consilio, & qui obsequii gloriam mereantur, variasque artes, quibus firma opibus, moribusque culta & honesta reddatur, exerceant, misera erit, & in barbaram desinet gentem, quæ nec humanitatis excolit mores, nec legibus utitur. Parentum hoc munus erat, vt suos quique liberos formarent, vti eorum vota sunt, vt beati sint ac felices, quod Abrahamum fecisse Deus ipse affirmat. a) At, cum parentibus modo facultas desit, modo occupationum obstet moles, modo alia interueniant, vt partes istæ ab iis peragi dextre non queant, iis subsidio fuerunt, quos in sublimi collocauit Numen, & auctoritate ac potestate instruxit. Cum enim horum sit officium, prouidere, vt tranquilla, beata & florens sit ciuitas: sic nobilem curæ suæ partem existimarunt, curare, vt recte instituatur, beneque educetur iuuentus. Neque enim sapientum inuenit assensum observatio, qua id agitur, vt persuadere lectoribus auctor conetur, scholas publicas, nec necessarias, nec utiles esse. (b) Nec Carolstadius statuam meruit, cum fanatico ductus spiritu scholas abrogauit, quem Jac. Böhmius, Valentinus Weigelius, aliique id genus homines sunt secuti, scholasque deletum iuere. (c) Ebræorum in Capitulis Patrum, quæ antiquissimæ & venerandæ eorum sapientiam monumenta exhibent, dictum est: *multiplicans scholas multiplicat sapientiam*. Ebræi certe, qui vel ab ipso immortali Deo rerum diuinarum humanarumque scientiam, & vitæ etiam honeste iusteque transigendæ præcepta habebant, Mosis & Samuelis in primis cura, variis in scholis propagarunt eam, & cum aliis communicarunt. Horum vel exemplo, vel suo iudicio, vtilitate atque necessitate cognita, adducti & Aegyptii, & Chaldaei, & Persæ, & Phoenices scholas habuerunt, in quibus doctrinæ semina traderentur iuuentuti. Græci, vti principes facile fuerunt sapientiæ humanæ, ita eorum scholæ, Academia, Cynosarges, Lyceum, Porticus, Odeum, Museum, Ptolemeum, & alia celebratissimæ fuerunt. Socratis vero lex fuit, ne quis philosophorum præesset scholæ, nisi id Senatus ac plebs decreuisset. Romani, gens toga non minus, quam saga insignis, Græcorum aemula, sed quæ grauitatem cum humanitate miscuit, longe maiora hoc in genere præstiterunt, prudenterque iudicarunt, modum hunc esse & conservandi, & propagandi imperium, si scholas

CON-

a) Genes. XVIII, 19. b) Obseru. scl. Hal. To. I, ebf. X. c) Relat. innoc. a. 1708.

p. 650.



constituerent, in quibus formaretur in provinciis iuventus, Romanisque institutis ac legibus imbueretur. Atque hinc Fl. Vespasianus Imp. luculenta primus Latinis Graecisque Rhetoribus constituit stipendia, quae post eum philosophis quoque M. Antoninus decrevit. (d) Constantius Chlorus Imp. Eumenium Rhetorem ex aulae luce in scholae umbram lautissimo stipendio misit, ut Maenianam scholam, Bagaudico tumultu vastatam restauraret. (e) Julianus Imp. apostatae nomine notabilis, cum aegre vellet rei facere Christianae, Christianorum occludebat scholas, scriptoresque profanos explicari prohibebat, ne ex hisce superstitione pagana absurdae impietatis argueretur. (f) Neque vero eius rei causa fuit, quod prouiderit prudens Imperator gliscens iam iniquitatis mysterium, & quantum mali Ecclesiae atque reipublicae immineret ex magistrorum disputationibus, quod peruerse tradit aliquis Orontes. (g) Justinianus Imp. cum magnos in templorum substructiones sumptus conferret, eosque ut colligeret, stipendia liberalium artium Magistris detraheret, factum est, ut scholae vacuae relinquerentur, & rusticitas dominaretur, quod Zonara teste prodidit Jo. Avrowsmith. (h) Sub idem tempus barbarae gentes, qualesdum Romanis erant, Germani omnes, Italiam, Romanorumque prouincias, Hispaniam, Galliam Britanniamque, inuaserunt & occuparunt, scholasque oppreserunt. Regnavit hinc barbaries per longum seculorum decursum tum alibi, tum in Germania imprimis, donec FridERICI III. vel V. potius aevo literae renascerentur, & passim conderentur Academiae, Graecique exules literas Graecas Italiae inferrent. Lux literarum uti occasionem praebuit desideratae a multis reformationi, ita haec illarum auctus & ornamenta promouit. Lutherus enim nugae scholasticas non improbauit solum & eiecit; Sed Germaniae quoque in oppidis, qui fuerunt magistratus, grauitate cohortatus, scholas ut erigerent, optimeque adeo uti de religione, sic de literis etiam meruit. (i) Neque enim dubium habet, quin maiori studio atque successu literae ac disciplinae fuerint excultae in scholis atque Academiae, emendata ubi obtinuit religio, quam Romani Pontificis decretis ubi sunt addicti, Galliam si exceperis, quae iugo Pontificis ceruicem penitus nunquam submisit, & vel exemplo Reformationum, quos diu ciues habuit, excitata fuit. (*) Habuit haec Quedlensis ciuitas, cum reformationis vrgeretur opus, duas scholas, alteram in veteri, alteram in noua urbe, ex qua tum prima semina emendatae religionis a Rectore, Leone, sparsa sunt.

d) Suetonius in V. Vespas. c. xix. Casaubon. in h. l. p. 553. e) Panegyri. Veter. III, quae est Eumenii pro restaur. scholis p. 55. l. edit. Cellar.

f) Vid. illustr. Io. Petr. Ludwig Diss. de edicto Iuliani contra philosophos Christianos. Hal. 1702. nostra obl. in Miscell. Lips. To. IV. p. 195. g) Unpartheische Gedanken von der alten und neuen Gelehrsamkeit / p. 27. h) Tactic. sacra p. 344. i) To. II. Altenb. p. 804. *) Hallbauer Diss. ecclesia Lutherana politionis literaturae patrona, Jen. 1717.

sunt. Postquam autem A. MDXXXIX. combinatae illae & in vnam redactae fuerunt, eam haec accepit sedem in Francisci ordinis monasterio, quam hodieque habet. Amplificata ex eo tempore fuit, additque sunt collegae, donec a. MDCXXIV. Nonus accessit, Musarumque compleuit numerum. (k) Habuit ea frequentem fere discipulorum coetum, etiam inter funestissima Germaniae bella, quoniam peregrinos studiorum causa aduenientes benigne ciuitas excepit, liberaliaque hospitia praebuit. Complures etiam ea formauit ac praeparauit clarissimos viros, qui de republica, Ecclesia, re literaria hominumque communi praeclare meruerunt, quos si maiores annotassent, longe uberrimas aliorum exemplo consignare liceret Athenas Quedlenses. Nam vel ciues eruditi, quos inter viri primi ordinis, & Theologi, & Icti, & Medici, & literatores, magnum conficiunt numerum, reique sacrae & literariae non exiguum fuerunt ornamentum. Tuetur hodieque suum pro virili parte decus mentium bonarum haec officina, etsi tanto discipulorum numero, vt paucos ad huc ante annos, ob varias temporum rationes, non gaudeat. Decesit nuper d. XXIII. Januarii Vir nobilissimus Clarissimusque, Dn. BARTHOLOMAEVS HORNIUS, per annos vndeuginti, & quod excurrit, meritis Conrector. Eius in locum vt succederet, Serenissima Reuerendissimaque Princeps, MARIA ELISABETHA, Heres Norwagiae, Dux Slesvici, Holsatiae, Stormarorum atque Ditmarforum, Caesareae liberaeque secularis Dioecesis Quedlinburgensis Antistes, reliqua, Domina nostra Clementissima, Nobilissimum Clarissimumque virum, BERNHARDVM PRILWITZ, adhuc per annos decem Subconrectorem dignissimum, & huius in locum, virum Nobilissimum Doctissimumque, IO. CHRISTIANVM ERXSLEBEN, Quedlinburgensem, adhuc Monasterii Michaelsteinensis socium, per clementer denominauit. Eiusdem Principis auspiciis Vir Summe Reuerendus atque Magnus, IOANNES ERNESTVS von der Schulenburg, Hereditarius in Sacca & Stölpgen, Serenissimae Ducis Slesvicensis atque Holsatiae, Antistitis Reuerendissimae a confessionibus, Consiliarius Ecclesiasticus, Concionator Aulicus Primarius, et Antistes, Gymnasiique Inspector, d. XXVII. Martii habita oratione solenni ritu nouos hosce collegas inaugurabit. Quo facto noui collegae cathedram ordine conscendent, habitaque oratione rite munus collatum capeissent. Actum hunc solenniorem vt Patroni Fautoresque literarum praesentia sua beneuole exornent, ac splendidiorem efficiant, et dicto die XXVII. Martii, hora post meridiem prima audita, aedem Scholasticam subire ne grauentur, ea, qua decet, obseruantia et humanitate etiam atque etiam rogamus. P. P. Quedlinburgi, d. XXVI. Martii, MDCCXXX.

k) P. C. Kettner Quedlinb. Kirchen-Histor. p. 242. Ludouici Hist. Res. & Gymnal. P. I, p. 272. f.



[Aged paper label on the spine, containing illegible text]

stituerent, in quibus formaretur in provinciis iuventus,
 manisque institutis ac legibus imbueretur. Atque hinc Fl.
 spasianus Imp. luculenta primus Latinis Graecisque Rhetor-
 us constituit stipendia, quae post eum philosophis quoque
 Antoninus decrevit. (d) Constantius Chlorus Imp. Eu-
 nium Rhetorem ex aulae luce in scholae umbram lautissi-
 o stipendio misit, ut Maenianam scholam, Bagaudico tu-
 ultu vastatam restauraret. (e) Julianus Imp. apostatae no-
 ne notabilis, cum aegre vellet rei facere Christianae, Christia-
 rum occludebat scholas, scriptoresque profanos explicari pro-
 ebat, ne ex hisce superstitione pagana absurdae impietatis ar-
 eretur. (f) Neque vero eius rei causa fuit, quod provide-
 prudens Imperator gliscens iam iniquitatis mysterium, &
 antum mali Ecclesiae atque reipublicae immineret ex ma-
 rorum disputationibus, quod peruerse tradit aliquis Oron-
 . (g) Justinianus Imp. cum magnos in templorum sub-
 uctiones sumptus conferret, eosque ut colligeret, stipendia
 rtium Magistris detraheret, factum est, ut scholae
 uerentur, & rusticitas dominaretur, quod Zo-
 didit Jo. Avrowsmith. (h) Sub idem tempus bar-
 , qualesdum Romanis erant, Germani omnes,
 omanorumque prouincias, Hispaniam, Galliam
 que, inuaserunt & occuparunt, scholasque oppres-
 gnauit hinc barbaries per longum seculorum de-
 n alibi, tum in Germania imprimis, donec Fride-
 V. potius aevo literae renascerentur, & passim con-
 ademiae, Graecique exules literas Graecas Italiae
 Lux literarum uti occasionem praebuit desideratae
 formationi, ita haec illarum auctus & ornamenta
 Lutherus enim nugas scholasticas non improba-
 eiecit; Sed Germaniae quoque in oppidis, qui fu-
 stratus, grauitate cohortatus, scholas ut erige-
 neque adeo uti de religione, sic de literis etiam me-
 eque enim dubium habet, quin maiori studio at-
 u literae ac disciplinae fuerint excultae in scholis at-
 uis, emendata ubi obtinuit religio, quam Romani
 ecretis ubi sunt addicti, Galliam si exceperis, quae
 ficis ceruicem penitus nunquam submisit, & vel
 e reformationum, quos diu ciues habuit, excitata fuit.
 haec Quedlensis ciuitas, cum reformationis vrge-
 duas scholas, alteram in veteri, alteram in noua urbe,
 prima femina emendatae religionis a Rectore, Leo-
 ne, sparsa sunt.

in V. Vespas. c. xliii. Casaubon. in h. l. p. 553. e) Panegy. Veter.
 e est Eumenii pro restaur. scholis p. 55. l. edit. Cellar.

r. Io. Petr. Ludwig Diss. de edito Iuliani contra philosophos Christia-
 al. 1702. nostra obi. in Miscell. Lips. To. IV. p. 195. g) Unpartheische
 ncken von der alten und neuen Gelehrsamkeit / p. 27. h) Tactic.
 p. 344. i) To. II. Altenb. p. 804. *) Hallbauer Diss. ecclesia Luth-
 olitoris literaturae patrona, Jen. 1717.

